

Christian Hildebrand

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Christianus Hildebrandus,  
Logices Prof. Ducal. Ord. Publ. Viri-Iuvenis ... Dni. Levini Deckeri, Philosophiae  
atque S.S. Theologiae Studiosi Funus Solenniter indicit Et ad celebrandas  
eiusdem exequias Omnia Ordinum Cives Academicos officiose & peramanter  
invitat : [P.P. Sub Sigillo Rectoris d. XII. Iulii, A. CI IC LXXXVI.]**

Rostochii: Wepplingius, [1686]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777439972>

Druck    Freier  Zugang



Hilterbrand, Chr.,

in

L. Decker.

Rost. 1686.

24.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn777439972/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777439972/phys_0003)

DFG



PROGRAMMA  
 RECTOR<sup>2ro</sup>  
 UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
**CHRISTIANUS HIL-**  
**TEBRANDUS,**  
 Logices Prof. Ducal. Ord. Publ.  
 VIRI - JUVENIS  
*Peregrinii, Praestantissimi ac Clare Doctri*  
**DNI. LEVINI**  
**DECKERI,**

Philosophiæ atqve S. S. Theologiæ Studiosi  
 FUNUS

Solenniter indicit

Et ad celebrandas ejusdem exequias  
 Ordinum Cives ACADEMICOS  
 officiose & peramanter  
 invitati.

1690

ROSTOCHI, Typis JOHANNIS WEPPLINGI, Univ. Typogr.





Pes præmij Laboris.  
latium est : illa studiorum  
vestrorū, Cives Academicī,  
aspera laetat itinera : illa, si  
forte mors viam iis interclu-  
dat , meliorum vos promis-  
sione erigit. Spes nostrum  
DECKERUM , cujus me-  
moriz isthæc damus, per

horridiora ac tetrica studiorum rudimenta citra  
nauseam ac tedium traduxit, hoc scopo excussum  
digniori fiducia animavit & intrepidè mori docu-  
it. Spes bonos parentes eosque nunc ob filii à pi-  
ctate , probitate & eruditione laudem apud o-  
mnes merentissimi præmaturo Fato abrepti, mæ-  
stissimos, stimulavit ut ineuntis ætatis ejus educa-  
tionem patienter ac æquo animo tolerarent in di-  
scensem ac proficientem, benefici , in docentes li-  
berales essent : ut demum fatorum arbitrio, tur-  
bato mortalitatis ordine, cedentem lachrymis  
Christianis & terminos , ultra qvos rectum nesciri  
consistere, non transilientibus comitarentur.

Hac Dea, cum fugerent sceleratas numina terras

In Diis invisa sola remansit humo :

Hac facit, ut vivat fossor quoque compede vinculum,

Liberaq; à ferro crura futura putet:

Hac facit, ut videat cum terras undique nullas

Naufragus in mediis brachia jactet aquis.

Sx

Sapè aliquem Jolers Medicorum cura reliquit;

Nec spes huic vendâ deficiente, cadit:

Carcere dicuntur clausi sperare salutem.

Atque aliquis pendens in cruce vota facit

Hoc Dæa quam multos laqueo sua colligantes

Non est propositâ passa perire necesse.

Tam magnifica, sane, sunt, quæ de spei facultatibus sperat Naso: immo majora sunt & ampliora. Audiamus religiosum Pontificium Hieremiam Drexelium: Spes omnium, inquit in orbe molestiarum, laborum, misericordiarum admirabile lenimentum. Unguentum dixeris, quod omnes reficit lassitudines. Duo proin illa spectat præcipue: Fructum & Finem Quidquid in vita humana est lachrymarum his, velut Spongiis duabus facile siccatur. Generosus Christi athletas, invictos martyres plurima passos plurimum tamen solabatur patientia: ac paupertinæ plebi cum vestituræ aliæque opera, (quas Jcti Aganorum exhibitiones vocant) gratuitæ operantur. Durissimus scilicet labor sine spe mercedis. Verum enim vero licet noster beatus Deckerus varios studiorum labores malculo sustinuerit animo, spes mercedis illum, si diutius mortalibus inferuisse, non frustrata esset, quippe illam ut potest certissimam prævidere potuimus. Sapientule cum Beatum nostrum è cathedra Academica jam

profanæ & sacræ Sapientiæ mysteria acute de-  
fendentem audivimus. Novimus etiam aliquod  
ties Eum tyrocinia in populo homilis sacris eru-  
diendo, cum laude deposuisse. Latinam &  
Græcam lingvam calluisse, nec Hebraicæ fuisse  
ignarum: ingenii promptissimi: mōrum Theo-  
logice compositorum: vitæ continentis: &c. tamen  
assiduum. superba, ludica, otium, saltum & evaga-  
tiones, quæ vulgarium & impotentiärum anima-  
rum, proh dolor! nimis familiaria sunt vitia, toto  
pectore abominantē. Sic satis mémoria ejus est  
celebrata, et si nullis verborum calamistris adhi-  
bitis. Dolendum omnino, si dotes ejus vir-  
tutis in præsentiarum respicimus, tam fugi *Virum*-  
*Juvenem* præmato inopinatoq; fato abruptum  
esse: Qui Juvarum rērum negligentes, no-  
men quidem affectant studiosorum, sed nihil mi-  
nus, quam Studiosi sunt, deliciarum potius &  
vetitorum sectatores, quam sapientiæ & virtutis:  
non Musarum sed Veneris & spuri alicujus atq;  
pugillatorii Martis castra securi; sic ad exemplum  
beati Viri-Juvenis erubescant, seq; ipsos fasti-  
diant & abominentur, quod brabejon brevi ad-  
modum vitæ curriculo ab eo magna cum laude  
partum, tota fortean vita non sunt emerituri.  
Sed in perditos perditorum mores hac vice  
styli non exacuam. Ad exemplum potius  
Beati

Beati nostri Deckeri oculos reflectere jubeo: qui  
plenis semper velis eo contendit, ut censui The-  
logorum quondam adscriberetur. Id quidem  
non diffiteor, plures passim in literaria Juventute  
inveniri, qui studio sacrarum literarum malunt  
operam navare, quam vel L. & prudentiae po-  
liticæ, vel medendi artibus, vel profundioribus  
Philosophorum & Mathematicorum subtilita-  
tibus. Qvamecumque ingrediaris in Ger-  
mania Academiarum ausim vel pignore deposito  
certare, tres Studiosorum quartas à studio The-  
ologiz velle denominari. An autem eadem o-  
mnis solertia ad scopum sibi fixum colliment, est,  
de quo valde dubito imo quod fieri nego. Verè  
Cicerò: Prima seqventem pulcrum est in secun-  
dis tertiusq; consistere. Vult, ut quisque id quod  
optimum est in illa arte intendat, quam profite-  
tur, sufficere interim ait, si prima non datur at-  
tingere, à proximiорibus non admodum esse re-  
motum. Sic jaculatores non ad orbis præfi-  
xi peripheriam collineant sed ad centrum, hoc  
sinon feriunt, et si id ferire gestiunt, lætantur  
tamen si proprius illi telum hæserit, quam extre-  
mitatibus. Sic studio Theologico qui incumbit  
si sufficere putat, leviter latina lingua imbui-  
tum, vix semel atque iterum compendio aliquo  
catechetico perfecto, sermonem homileticum

vernaculā posse ad populum habere, graviter  
errat. Si qvis itaqve jam est, qui voto à teneris  
sacro DEI ministerio est obstrictus & inter ea qua-  
lemqualem tantum in scriptura cognitionem am-  
bit, hic non ad centrum collimat, sed extra sco-  
pum jacula contorqvet, nunquam ad decima &  
vigesima nedum ad tertia, secunda & prima per-  
venturus est. *Beatus noster Levinus* non his sed po-  
tius omni cognitione impletis uti Apostolus ju-  
bet Rom. 15, 14. sensus exercitatos ad discretionem  
boniac mali habentibus Hebr. 5, 14 annumerandus  
est. Prodiit ille Vir Juvenis Peregrinus atqve Præ-  
stantissimus Dn. LEVINUS DEKERUS, ut curri-  
culum vitæ pro more recenseamus, hēic Rosto-  
chii in hoc caducitatis theatrum, diviniori ex in sa-  
cratus orbi, tinctusque aquis verbis solennibus  
sanctificatis Anno hujus seculi tertio supra sexa-  
gesimum, vigesimo primo Aprilis die. Parens ipsi  
existit. Vir eximius atqve spectatissimus JO-  
ACHIMUS DECKERUS Civis & in Mercatorum  
collegio Senior, nec non ædis Marianæ præfectus  
integerrimus. Mater pientissima atqve virtuosissi-  
ma Femina ANNA CATHARINA BATTEN,  
Avum paternum agnovit Virum Integerrimum  
& florentissimum DIETERICUM DECKERUM  
civem Osnabrugeo-Westphalum. Aviam paternam  
Feminarum eximiam AGNETAM Hölscher.  
Avo

Avo gavisus est materno Viro Nobilissimo, atq; Consultissimo  
LEVINO BATTO, J.U.Doct.&Profess.hujus Academias vicario,  
Judicij Provincialis Megapolitani & Consistorii Principum Ad  
vocato & Procuratore solertissimo: Avia materna CATHA-  
RINA Pantowen / femina ornamentis pudicitiae & matron ali-  
um virtutum conspicua. Hisce Parentibus & Majoribus pro-  
satus *Beatus noster LEVINUS* & ad omnem pietatis & hu-  
manitatis ritum domi informatione privata excultus est. Expli-  
to duodecimo ætatis anno cura Dn. M. Nihingii, Recto-  
ris tunc temporis Scholæ oppidinae, nunc Diaconi petrini vigi-  
lantissimi commissus, & sub hujus Viri Clarissimi moderamine  
qvam inceperat, telam per integrum sexennium feliciter ursit.  
Anno a*o* i*c* l*xxxii*. Mense Mayo profectus in Academiam  
Chilonensem, ibique Collegii Viri Maxime Reverendi Dn.  
Doctoris & Theologi Dn. Cortholtii caterorumq; Dnorum.  
Professorum diligentissime frequentatis per biennium fere sub-  
stitit. Rediens in Patriam Academiam sub Præsidio Viro rum  
Maxime Rev. Dn. Doct. Schomeri, Dn. Doct. Wolffii & Dn. Se-  
ligmanni Doctorandi, Dn. Collegarum nostrorum æstumatis-  
simorum & opponendo & respondendo eruditionis haut  
vulgaris specimen cum applausu totius auditorii edidit. Ut ta-  
ceam sermones sacros, qvos persæpe in ædificationem populi  
de suggestu Ecclesiastico habuit. Sanè qvoad nobiscum vixit,  
eum ie gessit uti commilitonibus suis clarissima, uti antea jam  
dixi, merito lux, & vivum, qvod ipsi qvoq; seqverentur exem-  
plar esse qviret. Pius, probus, officiosus humiliq; erat. Inter  
animum lingyam, frontem adeo dulcis existebat harmonia, ut  
ne hilum qvidem hic, isthic, illic dispareat. Verum angustiâ  
temporis excludimur diem *Beati nostri* natalem & vitalem lucu-  
lentiore commentatione prosequi, funeralem deniq; seu fatalem  
considerantes diem: Morbus qvi pientissimum nostrum Levi-  
NUM lecto affixit, fuit celer transitus nutrimenti non com-  
mutati, qvi accendentibus aliis symptomatibus paucis interlaben-  
tibus diebus spiritum eidem & animam interclusit. Sed hac de-  
re non incommodum fuerit, Excellentissimum & Experientiss.  
Dn. Sebastianum Bürdig / Med. Doct. ejusdemq; Professorem  
celeberrimum, totius Academias & Collegii Ducalis Seniorem,  
Colle-

Collegam & Fautorem nostrum amicissimum audire proferentem signantemq; sententiam, sic igitur ille:

Morbus, qvo pie defunctus Dn. DECKERUS, succubuit primitus Lienteria fuit, qvam aliquandiu sine insigni molestia toleravit, tandem tamen in consensum traxit ipsum etiam ventriculum, primam corporis œconomiae culinam, cepitq; labore. re *ἀνψία*, vomitu, flatulentis: mitigata qvidem ista s̄aepē sunt symptomata convenientibus remedius, accedente autem deniq; cardialgia omnia ista ita indies exacerbata sunt, ut ob exquisitos stomachi dolores vix forbilia & potulenta ausis sit deglutire: hinc ob crebras & continuatas dejectiones etiam cruentas, vomitiones & denegatam nutritionem adeo vires collapsae, (cum solis medicamentis cordialibus vitæ robur conservari non possit) ut urgentibus hisce symptomatis nil nisi spirituum vitæq; jactura & mors subseqvi potuerit. Hactenus Dn. Medicus de valitudine atq; exitu pie defuncti, Cæterum cum Beatus noster LEVINUS ipfemet s̄avitiam morbi medicamentorum vim spernere persenticeret Plur. Rev. Dn. M. Barcklajum qui à confessiōnibus hactenus fuerat & o. Junij sancto viatico Domini animam ejus refocillaverat accerſi curavit ut solaretur animā emigrandi ad Acad. cœlestem cupidam. Qvo factō Functus die vii. Julii intra decimam & undecimam meridianam inter Parentum adstantium preces placidissimo mortis genere resolutus est postqvam xxiii. annos & sedecim vixisset dies. Sit memoria ejus in Benedictione! Cujus tam celerem ex hoc mundo discessum Parentes honoratissimi animo tristissimo præsentes lugeant. Ignoscimus qvidem moerori, atq; pietatis paternæ gloriam concedimus; Verum etiam modum tristitiae imponere fas est, tantoq; patientius absentiam *Vestri* LEVINI ferre debetis, quanto certiores estis, vos eum non perdidisse, sed lucratos esse, præmisisseq; eō qvo ipsi etiam suo tempore subsequturi estis. Deus enim est, qui vitam mortemq; pro suo sanctissimo dispensat arbitrio. Nos igitur, Cives Academicī, qvæ nostrarum partium sunt minime negligēamus, stipataq; cetera studiosum Funis deducemus, qvod ut promptissime expediatis, prolixe officioseq; rogamus.

P.P. Sub Sigillo Rectoris d.xii. Julii. A. cīo iōc lxxxvi.

Conventus fiet in æde Mariana hora Imæ.

(O)









Avo gavisus est materno Viro No-  
 LEVINO BATTO, J.u.Doct.&P.  
 Judicij Provincialis Megapolitani  
 vocato & Procuratore solertissim  
 RINA Panflowen / femina ornam  
 um virtutum conspicua\_. Hisce  
 fatus *Beatus noster L E V I N U S*  
 manitatis ritum domi informatio  
 to duodecimo ætatis anno curæ  
 ris tunc temporis Scholæ oppidin  
 lantissimi commissus, & sub hujus  
 quam incepérat, telam per integrum  
 Anno c̄ 15c LXXXII. Mense Ma  
 Chilonensem, ibique Collegii  
 Doctoris & Theologi Dn. Corth  
 Professorum diligentissime freqve  
 stitir. Rediens in Patriam Acade  
 Maxime Rev. Dn. Doct. Schomer  
 ligmanni Doctorandi, Dn. Colle  
 simorum & opponendo & ref  
 vulgaris specimina cum applausu  
 ceam sermones sacros, qvos peri  
 de suggestu Ecclesiastico habuit.  
 eum le gessit uti commilitonibus  
 dixi, merito lux, & vivum, qvod  
 plar esse qviret. Pius, probus, o  
 animum lingvam, frontem adeo  
 ne hilum qvidem hic, ifthic, illuc  
 temporis excludimur diem *Beati n*  
 lentiore commentatione prosequi  
 considerantes diem: Morbus qui  
 NUM lecto affixit, fuit celer tra  
 mutati, qvi accendentibus aliis sym  
 tibus diebus spiritum eidem & an  
 re non incommodum fuerit, Ex  
 Dn. Sebastianum Würdig / Med. D  
 celeberrimum, totius Academiae




Image Engineering Scan Reference Chart TEC65 Serial No.

i; Consultissimo  
 Academiæ vicario,  
 ii Principum Ad  
 terna CATHA  
 ia & matron ali  
 Majoribꝫ s pro  
 m pietatis & hu  
 cultus est. Expla  
 hingii, Recto  
 toni petrini vigi  
 mi moderamine  
 um feliciter ursit.  
 in Academiam  
 Reverendi Dn.  
 umq; Dnorum  
 nnium fere sub  
 ræsidio Viro rum  
 Wolffii & Dn. Se  
 orum æstumatis  
 truditionis haut  
 ii edidit. Ut ta  
 cationem populi  
 nobiscum vixit,  
 a, uti antea jam  
 verentur exem  
 plisq; erat. Inter  
 at harmonia, ut  
 Verum angustia  
 & vitalem lucu  
 eniq; seu fatalem  
 nostrum Levi  
 nenti non com  
 auis interlaben  
 dus. Sed hac de  
 n& Experientiis  
 q; Professorem  
 calis Seniorem,  
 Colle-